

Vesterbanio.

A.

Nimia^{est} illa humanitas tua vir Nobilissime, et benevo-
 lentia ad ὄντα ἐὸν δὴν, quod quem destituere adolescentem
 patrocinio tuo noluisti, eodem viro non comitante videri
 vis adire famae periculum vix sustinere. Sustinet tamen,
 si te nosti, sine periculo, et hanc tibi fiduciam, non plau-
 denti vulgo debes. Aliter vero si hujusce consilii participem
 antehac fecisses, erant in schedis meis minus quaedam
 ἀσὺρεῖα, quae tuis istis aureolis, quantumvis plumbeas
 libentius implicasses. Horum, quando totus hodie in re
 maritimā es, et Anglicanae exemplaria mox transmittam,
 si quidem recentis ^{oculo} inspecta, digna videri pergant, quae accu-
 ratius dedolentur. Id infortunis dum expectas, ecce quae
 pereurrenti his diebus Francisci Quarlii Angli medita-
 tiones cordatissimas, brevi impetu exciderunt. Agnosces
 virum priscae probitatis Anglicanae, et hisce quas nunc
 experimur longe discrepantem. Sciet libellus iste monitis
 tam ubique horum similibus, ut Senecae verbo, eminerent
 singula possint, nisi quod inter paria leguntur. Interpreti,
 quem nosti, facile condonabis, si de optimis ea pauca
 selegit, quarum forte sententia in angustiis lingua Ro-
 mana, (de quibus etiam Romae expostulatum fuit) ^{videtur} potest
 non suffocari. fatear multa superesse, quae non attingi
 assero tamen, pauca de melioribus emissa, quorum
 aut acumen aut gratia satis Latinis verbis explicari
 posset. Utique relinquendum fuit, in quo se censors
 exerceant, aequiores quidem futuri illi, ni fallor, post
 quam experti fuerint, quam non tenuis opella sit, in
^{quam} ~~quam~~ cumvis lingua vertere eam, quae de omnibus unam
 conflavit, et vocabulis proinde paria facit, cum omni
 rerum numero ac varietate. Interim tu vale vir
 Amplissime et me ama. Magis hoc apposite dixerim
 ē vetusto Epigrammate πῆσθα καὶ χαίρες πῆσα
 χαίρες, quando qui aduent te utrasque, quas com-
 plexus es, compendio salubant. Redeunt ad te proximi illi
 conatus tui, quos equidem secundis curis, nisi egere, autari
 non credidissen. Meorum ubi te satietas coeperit, quaeso
 ut eo reverti sinas, ubi cum multis reliquis tuncis blat-
 tisque, certe cordylis et olimi voti sunt. Haga Com. IX.
 Cal: Apr. 1710. 111.

Virtutis et Amicitiae tuae
 cultor integerrimus
 C. H.

M. Z. Boehornio